UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien. I. C. Praestantissimi Volumen ...

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Pontificij iuris, Contractuum, seu Dispositionum inter viuos materias distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm LVI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96504

Visual Library

§.termilius.in pen.& ult.col. Sed dicta Titia modum
adiectū perfectè non adimpleuit, nec etiã de implen-
do illū ſatiſdedit, immò amplius cū effectu nō poteſt
ſic ſatiſdare, quia finita fuit locatio, unde fruſtra dicta
8 ſatiſdatio præſtaretur, & †fruſtra præſtatur ſatiſdatio,
quæ præſtita non operatur, nihilq; releuat. l. hæc ſtipu
latio. §. diuus. ff. ut leg. nom. cau. & l. aliqñ. §. ſi ſub cō-
ditione. ff. ad uell. ergo &c. Nec obſtat, ꝙ Titia patri
ceſſerit, dimiſerit, ac relaxauerit ius cōductionis, qm̃
modus ita non dr̃ perfectè adimpleri, tum quia ceſſio
non fuit facta in forma, qua mediante pater potuerit
agere iuxta ea, quæ habentur in l. fi. C. manda. tū quia
Titia ꝯueniendo ijs, quæ patri promiſerat, habuit, &
percepit omnes fructus dictarū poſſeſſionum condu
ctarū, illoſq; in ſuam utilitatē conuertit, ex quibus pa
ter nō potuit ſe indemnē à dicta ſua promiſſione rele
uare; & ſic conſtat ipſam modū nō adimpleuiſſe, ſed
potius actū ꝯrium feciſſe, per quē modus non dr̃ per-
fectè adimpletus, ad tradita per Bar. in d. §. termilius.
& ideò Titia cū effectu agere non poteſt. Non obſtat,
ꝙ Titia fructus percepit, ſciente, & patiente patre, &
ꝯñr perinde hr̃, ac ſi pater illos percepiſſet, quia vr̃ il-
9 los Titiæ donaſſe, nam reſpōdetur primo, ꝙ †ipſa Ti-
tia filia fructus percepit, ueluti ſolita, & conſueta erat
percipere, & ꝯñr non tanquam ſibi à patre donatos,
& ideò donatio p̃ſumi non pōt. l. 2. §. ſi quis. ff. de ex-
cep. doli, & argum. l. continuus. §. cum ita. ff. de uerb.
10 oblig. Secundo dico, ꝙ †in dubio nunquam eſt præ-
ſumenda donatio. l. cū de indebito. ff. de proba. l. cam
panus. ff. de oper. liber. & l. cū aurū. ff. de ſolutio. Ter-
tio dico, ꝙ poſito abſq; præiudicio ueritatis poſſe do-
nationē in caſu noſtro p̃ſumi ex ſcientia, & patientia
patris, tñ ex quo ſumus inter patrē, & filiã in poteſta-
te, talis donatio præſumpta ab initio nō ualet irreuo
cabiliter, ſed morte patris confirmatur. d. l. filiæ. & pa-
ter mutaſſe propoſitū in caſu noſtro cēſetur eo ipſo,
quod in teſtamēto ſuo uoluit filias æqualiter ſibi ſuc-
cedere in bonis ſuis per ea, quæ uoluit Salic. poſt Bal.
in d. l. filiæ. circa princ. Ex prædictis itaq; arbitror co-
hęredes reos conuentos de iure fore, & eſſe à petitio-
ne dictæ Titiæ abſoluendos. Laus Deo.

SVMMAE.

1 *Donatio dicitur, vbicunque ſoluitur indebitum omni iure.*

2 *Legatum, ſeu relictum factum à teſtatore, uel moriente in minus ſolemni uoluntate non debetur ciuiliter, ſed ſolum naturaliter. Maximè, quando de illo conſtat per confeſſionem hæredis, qui erat ab inteſtato ſucceßurus. num. 14.*
Et quando nec naturaliter debitum dicatur. num. 21. & 28.

3 *Obligationis ciuilis, & naturalis ortus impeditur per prohibitionem legis, & ſtatuti.*

4 *Promiſſio facta, nulla ſolemnitatis requiſitæ forma ſeruata, promittentem nec ciuiliter, nec naturaliter obligat.*

5 *Defectus formæ maior eſt, quam defectus materiæ.*

6 *Vſusfructus quoque donari poteſt.*

7 *Donari id dicitur, quod nullo iure cogente conceditur.*

8 *Donare uidetur ſciens ſe poſſe recuſare, quin obligetur, & ſe obligari patiens.*

9 *Iuramentum in inſtrumento donationis appoſitum, an, & quando defectum inſinuationis ſuppleat, ut donatio abſque illa ualeat, & quando non.*

10 *Donatio non eſt, ſed debiti ſolutio, quando quis ſoluit debitum naturaliter, licet ciuiliter eſſet indebitum.*

11 *Nec tunc inſinuatio requiritur.*

12 *Nec reuocari, nec tanquam indebitum repeti poteſt.*
Quod limitatur num. 22.

13 *Confeſſioni, & aſſertioni confitentis ad ſui præiudicium ſtatur.*

15 *Solutio ob cauſam de præterito non obligatoriam, quamuis cauſa ſit falſa, non reuocatur, neque ſolutum repetitur. Et ad quod illa cauſa non uera conſideretur.*

16 *Solutio indebiti ciuiliter, & naturaliter ex aliqua cauſa putatiua, & non uera facta non dicitur donatio.*

17 *Ex diſpoſitione defuncti non ſolemni quoad inſtitutionē, & legata hæres, qui ab inteſtato ſucceſſurus erat, rogatus etiam ab inteſtato, legatarijs de æquitate naturali non ſcripta naturaliter tenetur, & ſolutum non repetit. Secus de æquitate ſcripta.*

18 *Diſtractus potius, quam contractus dicitur datio ob cauſam, uel ob debiti ſolutionem.*

19 *Indebiti actio ad repetendum ſi detur, multo magis exceptio doli ad retinendum, & excludendum.*

20 *Ad indebitum utroque iure per ignorantiam ſiue iuris, ſiue facti ſolutum, aut datum, ſeu promißum & repetitio, & exceptio doli datur, & competit.*

22 *Idē, ſi eſſet indebitū ſolū ciuiliter, ſed naturaliter debitū, ac ignorantia iuris ſolutū, & is, qui ſoluiſſet, de dãno euitãdo certaret.*

23 *Filio ſtatim mortuo patre acquiritur dominium rerum, & bonorum paternorum, ac etiam poſſeſſio uera, ſtante ſtatuto loci, quòd poſſeſſio defuncti in hæredem continetur.*

24 *Ignorantia iuris non nocet, quando agitur de damno euitando.*

25 *Iuris error tollerabilior eſt, magiſque præſumitur in fœminis, quã in maſculis.*

26 *Legatum, ſeu relictum factus in minus ſolemni uoluntate quando dicatur naturaliter debitum, & ſolutum, ſiue in ſtipulatione, uel contractu poſtea deductum, & promiſſum debeatur, nec repeti poſſit, & quando ſecus ſit.*

27 *Legatum, ſeu relictum an, & quando dicatur factum ex ijs, uel ſimilibus verbis, uolo relinquere, ſeu legare, uel habeo mentem, & uoluntatem legandi, ſeu relinquendi.*

29 *Velle incœpiſſe non ſufficit, niſi fuerit perfecta uoluntas, etiam in diſpoſitione inter liberos facta.*

30 *Confeſſio quando quoad poſſeſſionis translationem confitenti noceat, & quando non.*

31 *In vſufructuarium naturalis poſſeſſio transfertur, niſi contrarium ſit actum, ſiue conuentum.*

32 *Poſſidens, ſeu in poſſeſſione exiſtens nomine alieno non dicitur poſſidere, ſed is poſſidet, cuius nomine poſſidetur.*

33 *Clauſula ad habendum &c. quandoque non de uera poßeſſione, ſed de corporali detentatione intelligitur.*

34 *In detentatione corporali, & actuali ſi detinens turbetur, & moleſtetur, quomodo ei ſuccurratur.*

35 *Locatio rei meæ à me poſſeſſæ facta ab alio, me præſente, & ſciente, poſſeſſioni meæ non præiudicat.*

36 *Conſtitutum de poſſidendo in inſtrumento nullo, & inualido appoſitum nullam transfert poſſeſſionem.*

37 *Idem eſt in locatione in inſtrumento nullo, & inualido facta.*

38 *Poſſeſſorium retinendæ vti poſſidetis competit ſolum uerè poſſidenti, & in eo obtinet ſolum verè, & propriè poſſidens naturaliter, & ciuiliter, vel naturaliter tantum, vel ciuiliter tantum, & non is, qui alieno nomine eſt in poſſeſſione.*

39 *Vſufructuarius in poſſeſſione rei nomine proprietarij eſſe poteſt, & tunc ei interdictum vti poſſidetis non competit.*

40 *Vſusfructus natura alteratur, & non ius vſusfructus, ſed potius quædam commoditas, & licentia percipiendi fructus conceditur, atq; transfertur, quando actum eſt, ut poſſeſſio rei ſit penes proprietarium, & illius nomine vſufructuarius poſſideat.*

EPITOME.

DONATIO non eſt, ſed potius debiti ſolutio, & ob cauſam datio, qñ hæres, qui aliàs ab inteſtato ſucceſſurus erat, aſſerēs uoluntatem patris ſuæ fuiſſe tēpore ſui obitus relinquere uxori ſuæ uſumfructū certi fundi, eūdē fundū p̃fatæ uxori ad utendū, & uſufructuandū toto eius uitæ tēpore dedit, cōceſſit, ac aſſignauit.

Et ex hac aſſertione, ſeu cōfeſſione hęredis nō dici probatum, relictū huiuſmodi uſufructus fuiſſe à defuncto factum, & illud, nec naturaliter, nec ciuiliter eſſe debitum, & propterea dictam uſusfructus cōceſſionē, & aſſignationē tanquam ignoranter, & errore factam poſſe ab hærede per indebiti repetitionē, uel doli exceptionem reuocari, dictamq; hęredis confeſſionē ſibi nec quoad naturalem poſſeſſionē præiudicaſſe,

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

caſſe, ſi uxor præfata inſtrumento cõceſſionis, & aſſi-
gnationis dicti vſusfructus dixit, & proteſtata fuit ſe
fore in poſſeſſione dicti fundi nomine ipſius hęredis.
Et conſequenter in iudicio poſſeſſorio retinendæ
ſuper hoc intentato hæredem antedictum, & non ip-
ſam uxorem debere obtinere, hic demonſtratur.

CONSILIVM LVI.

VIso inſtrumento, in quo do. Agnes tan-
quam filia, & hæres q. Franciſci de pigno-
nibus pro adimplemento, & executione
mentis, ac uoluntatis dicti eius patris, quã
tempore obitus illius fuiſſe relinquendi do. Angelæ
uxori ſuæ, & dictæ do. Agnetis nouercæ infraſcriptũ
uſumfructũ intellexiſſe aſſeruit, dedit, tradidit, & aſſi-
gnauit præfatæ do. Angelæ ipſius nouercæ pro ſe, &
toto tempore uitæ ſuæ ad utendum, gaudendum, &
uſufructuandũ &c. dimidiam pro indiuiſo unius poſ-
ſeſſionis iuris, ſeu hæreditatis præfati quondam do.
Frãciſci &c. viſisq; ſtatutis ciuitatis Parmæ mihi exhi
bitis, & ad cauſam facientibus, ac etiam uiſis pulcher
rimis iuris allegationibus ad fauorem dictę do. Agnẽ
tis factis, in quibus inter alia præſupponitur ꝯctum,
ſeu inſtrumentum de quo ſupra, fuiſſe ꝯctum dona-
tionis; nec nõ iudicium motum, & factum inter ipſas
partes fuiſſe principaliter ſuper poſſeſſorio retinendę
uti poſſidetis: in quo iudicio dubitatum etiam fuit,
nunquid ſtante reſcripto impetrato potuerit cũ illo
poſſeſſorio retinendæ petitorium cumulari, ut ſimul
& ſemel ſuper utroq; poſſit procedi, & ſententia fer-
ri, ut ex dictis allegationibus infertur, breuius, quàm
potero, omiſſis pluribus, quę per alios aduocatos diſ
cuſſa, & examinata fuerunt, reliqua quædam ad fauo
rem do. Agnetis conſiderabo. Et primum erit, an cõ-
tractus, & inſtrumentum huiuſmodi ſit contractus,
ſeu inſtrumẽtum donationis, an uerò alterius actus.
Secundum erit, pręſuppoſito ſecundum ea, quę mihi
præſupponuntur, quòd intentatum fuerit poſſeſſoriũ
retinendæ, & ſic ſimus in iudicio uti poſſidetis, an in
illo debeat obtinere do. Agnes, an uerò do. Angela,
cui uſusfructus dictæ dimidiæ poſſeſſionis pro indiui
ſo fuit aſſignatus. ¶ Venio ad primum, in quo uide-
tur, ꝙ inter do. Agnetem, & do. Angelam contracta
fuerit donatio quædam, primo, quia uſusfructus, quẽ
conſtituit do. Agnes, erat indebitus ciuiliter, & natu-
raliter ipſi do. Angelæ, ergo do. Agnes dando, & con
ſtituẽdo illum do. Angelæ uidetur eum donaſſe, quia
1 †vbicunq; ſoluitur indebitum omni iure, dicitur do-
natio. argum. l. ſi donationis. C. de contrahen. empt. l.
nuda. ff. eod. l. imaginaria. ff. de reg. iur. & traditur ex-
preſsè per Bar. in l. 1. in 2. col. ff. de dona. quòd autem
2 fuerit indebitus utroque iure, patet, † nam propter
defectum ſolemnitatis uſusfructus relictus à do. Frã-
ciſco ciuiliter erat indebitus, ut Doct. cõiter uolunt
poſt Bar. & glo. in l. cum quis. C. de iur. & fact. igno. &
per glo. in l. 2. C. de bon. poſſ. ſecund. tab. in l. donari.
& in l. cuius per errorem. ff. de reg. iur. facit tex. in l. in
teſtamento. ff. de fideicom. liber. in l. regula. §. ſi quis
ius. ff. de iur. & fact. ignor. l. fideicommiſſi. ff. de cond.
indebi. & in l. 2. & fi. C. de fideicom. cum ſi. ubi con-
cluditur, quòd legatum, ſeu relictum factum à teſta-
tore, uel moriente in minus ſolemni uoluntate, de
quo conſtet uel per duos teſtes, uel per cõfeſſionem
hæredis grauati, qui talis erat, qui etiam ab inteſtato
ſucceſſurus erat, nõ debetur ciuiliter, ſed tantum na-
turaliter: item in caſu noſtro relictum huiuſmodi
uſusfructus factum dominæ Angelæ à domino Fran-
ciſco erat etiam indebitum naturaliter, quia & ſi (ut
proximè dictum fuit) regulariter, & de iure commu-
ni deberet dici debitum naturaliter, tamen in termi-
nis noſtris ſecus eſt, propterea quia per ſtatutum ma-
ritus eſt prohibitus relinquere uxori ultra libras cen-
tum Parmenſes, ſub rubrica quid, quantum, & qua-
modo poſſint mariti legare uxoribus, quod ſtatutum
loquitur etiam in caſu, quo maritus ſolemniter, [illegible]
in teſtamento ſolemni uxori legaſſet, ſeu aliter re-
3 quiſſet ultra libras centum Parmenſes: quę † prohibi-
tio impedit ortum obligationis ciuilis, & naturalis,
non dubium. C. de legib. l. quẽadmodum. C. de [illegible]
& cenſ. lib. 11. l. ſi non ſortem. in prin. & ibi Bar. & [illegible]
nes. ff. de cond. indeb. & tanto magis hoc uerum
4 uidetur, † ex quo diſpoſitio facta per do. Franciſcum
de uſufructu non fuit ſolemnis, ſed facta nulla for-
ſeruata. argum. l. non codicillum. C. de teſtam. l. 1. [illegible]
quis ita. ff. de verb. oblig. ubi eſt caſus clarus, q[illegible]
de conſenſu promittentis per nutum, ſeu p ſigna [illegible]
ſtet, tamen ex quo non fuit ſeruata forma ſtipula-
nis, promittens nec ciuiliter, nec naturaliter obli-
5 tur, qñ † maior eſt defectus formæ, quàm mate-
primus enim facit, quòd non ualeat actus etiã, u[illegible]
lere poteſt, & ſic ut ſimplex pactum, & ut natural[illegible]
poſſit quis etiam obligari, ſecundus non impedit
tem naturalem obligationem oriri. l. an inutilis.
princ. ff. de acceptila. ¶ Secundo, ſi uerum eſt, p[illegible]
uerum eſſe arbitror, ꝙ uſusfructus relictus à do. Fr[illegible]
ciſco do. Angelę nullo iure eſſet debitus, quam[illegible]
confeſſionem do. Agnetis de huiuſmodi relicto,
de uoluntate do. Franciſci circa illum conſtaret,
dictũ fuit, ſequitur, ꝙ do. Agnes illum dando, & co[illegible]
ſtituendo do. Angelę eum donaſſe dicitur, quia
6 † uſusfructus donari poteſt. §. 1. cum gl. Inſtit. de [illegible]
7 fruct. iuncto §. fi. cum gl. Inſti. de ſeru. ruſt. pręd. & [illegible]
nari id dicitur, quod nullo iure cogẽte conceditur
donari. ff. de dona. & l. donari. ff. de reg. iur. cũ ibi [illegible]
8 & † ubicunque quis ſciuit ſe poſſe recuſare, quin [illegible]
getur, & paſſus ſit ſe obligari, donare uidetur. l. c[illegible]
nus. ff. de oper. liber. & facit l. ſi cum aurum. ff. de [illegible]
lu. & l. cuius per errorem. ff. de reg. iu. & not. per g[illegible]
per illum tex. in l. damus. ff. de cond. indeb. ¶ Qua[illegible]
cluſione ſtante locus eſſet illi difficultati, an talis d[illegible]
natio, ſeu conſtitutio uſusfructus diceretur nulla, [illegible]
inualida ex eo, quod non fuit inſinuata, prout ex fo[illegible]
ma ſtatutorum Parmæ donationes ſunt inſinuandæ
& an iuramentum in inſtrumento appoſitũ ſupple[illegible]
rit defectũ inſinuationis: quę omnia ſatis plenè, & [illegible]
lucidè examinata fuerunt per alios aduocatos, quo[illegible]
diſtinctio tanquã ęqua, & iuri conſona ſatis placet, [illegible]
benè inſeruit caſui noſtro per ea, quæ ipſi allegant, [illegible]
aliter non refero, & materia eſt ſatis latè tractata p[illegible]
ſcribentes omnes, & maximè Modern. in l. nemo p[illegible]
teſt. ff. de lega. 1. & per Imo. in c. cum contingat. ex[illegible]
de iureiu. per Alex. etiam in l. cum de indebito. ff. d[illegible]
proba. & habetur pulcherrimè per dominum meu[illegible]
Sozi. in conſi. ſuo 80. in ult. col. in uerſi. nec obſtãt a[illegible]
9 ctoritates &c. vol. 1. † in quo ego cum ipſis, ac cu[illegible]
domino meo concludo, ꝙ aut in inſtrumento do[illegible]
tionis non fuit renunciatum inſinuationi, & ſimp[illegible]
iuramentum non ualidat donationem, & hic eſt ca[illegible]
ſus noſter, aut fuit expreſsè renunciatum ſolemnita[illegible]
inſinuationis ſimpliciter abſq; iuramento, & renun[illegible]
ciatio non ualet, quia huic ſolẽnitati renunciari no[illegible]
poteſt, ut habetur in d. l. nemo poteſt. per Bar. in l. [illegible]
deſtinus. ff. de dona. aut cum iuramento, & tunc ua[illegible]
renunciatio, & tenet donatio abſq; inſinuatione [illegible]
iuramẽtũ interpoſitum: & ita procedat opinio ca[illegible]
niſtarum, Imolę, & aliorum in d. c. cũ cõtingat. & [illegible]
aliis locis alleg. ¶ Tertio uidetur dicendũ, ꝙ hęc co[illegible]
ceſſio, ſeu conſtitutio vſusfructus nõ fuerit dona[illegible]
ſed potius debiti ſolutio, ut dicit text. nota. qui be[illegible]
nobis inſeruit, in l. hoc iure. §. ſi quis ſeruo. ff. d[illegible]
do-

10 donatio.& ibi gl.qui tex.probat† quòd vbicunq; quis
ſoluit id,quod erat indebitũ ciuiliter, ſed naturaliter
debitum erat,tũc non eſt donatio,ſed debiti ſolutio,
& ita per illum text.& per plura alia voluit glo. in d.l.
cuius ꝑ errorẽ.& melius ĩ l.donari.ff.de reg.iur.quod
ſuadetur,nã donari dr̃,qđ nullo iure cogẽte concedi
tur.d.l.donari.ergo ſi id, quod eſt naturaliter debitũ,
concedatur, nõ dicetur donatũ, quia ſaltem iure na-
turæ cogente cõceditur,argumẽto. l.in teſtamẽto.ff.
de fideicom.liberta.cũ ſimilibus.& ex hoc infertur, ꝙ
11 †talis cõceſſio, ex quo nõ eſt donatio, nõ requirit in-
ſinuationẽ,ſed valet abſq; ea, ut concludit Bar.in d.l.
1.in 2.col.ff.de donatio.& habetur per Abb.poſt Ioã.
Andr.in rub. extra de donatio. cum ſimilib. Item in-
12 fertur,† ꝙ talis conceſſio,ſeu debiti ſolutio eſt irreuo
cabilis, & in ea locus non eſt repetitioni indebiti, ex
quo ſolutum erat naturaliter debitũ.l.1. cum ibi not.
ff.de cond.indeb.l.naturaliter. eo. tit. cum ſimilibus.
& habetur latè ꝑ gl.& doct.in l. cum quis. C.de iur.&
fact.ignor.& in d.l.cuius per errorem.& facit tex.in l.
fideicõmiſſum.ff.de cond.indeb. ubi ſi fideicommiſ-
ſum ſit relictũ minus ſolemniter,& hæres uolens bo-
nam fidem agnoſcere per ſtipulationẽ illud promiſe-
rit, & ſoluerit,nõ repetit, quãdo à ſciẽte promiſſum,
& ſolutũ fuit. Sed in terminis noſtris vſusfructus fuit
relictus Angelæ per dominũ Frãciſcum,cuius mens,
& voluntas tempore obitus fuit relinquendi dictum
vſumfructum,vt atteſtatur,& confeſſa fuit do. Agnes
hæres dicti do. Franciſci, quæ aſſerit hoc intellexiſſe,
13 † cuiusq; aſſertioni, & cõfeſſioni ſtãdum eſt ad præiu
dicium ſuũ, ſaltẽ vt ſibi quoad poſſeſſionẽ, quã tran-
ſtulit,præiudicet,iuxta ea,quæ habentur in l. cum de
indebito.in fi.ff.de probat. & in l. cum teſtamẽtum.ꝑ
glo.Bart.& alios.C.de iur.& fac.ignor. & eſt gl.in d.l.
2.C.de bono.poſſ.ſecũd.tab.ergo licet hmõi vſusfru-
ctus fuerit relictus minus ſolemniter, & non ſeruata
forma requiſita in teſtamentis,ſeu in aliis vltimis uo
luntatibus, & ſic in diſpoſitione non ſolemni,tamen
14 † ex quo de relicto vſusfructus conſtat, ut dictum eſt,
per confeſſionem hæredis,qui eſt talis,qui erat ab in-
teſtato do.Frãciſco ſucceſſurus, ſequitur, ꝙ illud reli-
ctũ vſusfructus ſaltẽ naturaliter debitũ fuit,ut eſt glo.
quã Bart.Bald.Sali.Paul.de Caſt. & oẽs communiter
ſequuntur in d.l. cum quis.C.de iur.& fact.igno.& in
d.l.2.C.de bono.poſſ.ſecũ.tab.in l.1. ff.de cõd.indeb.
& in d.l.cuius per errorẽ.d.l.in teſtamẽto.& d.l.fidei-
cõmiſſum.cũ gl. & ideò ex quo vſusfructus conſtitu-
tus fuit ꝑ dominã Agnetem ſcientẽ mentem patris
ſui,illud factũ potius debet dici continuiſſe ſolutio-
nem debiti,quã donationẽ.d.l. hoc iure. §.ſi quis ſer-
uo.& cõſequẽter irreuocabiliter tenuit,nec repeti po
tuit per prædicta.¶ Quarto ꝙ non fuerit donatio,ſed
ob cauſam de præterito datio, probatur in l. damus.
15 ff.de cond.indeb.qui tex.probat† qđ abſolutio ob cau
ſam de præterito non obligatoria,quãuis cauſa ſit fal
ſa,nõ reuocatur,nec ſolutum reperitur; & ideò Salic.
per gl.in d.l.cum de indebito.§.ſin autem.dicit, quòd
ſi quis promiſit,ſeu ſoluit aliquid ex eo,quod illud ab
eo receperit,cũ in ueritate nõ receperit, illa cauſa eſt
in conſideratione,nõ ut obligationem producat, ſed
vt declaret mentem promittẽtis fuiſſe nõ velle dona
re,ex quo ob cauſam promiſit,ad quod facit tex.in d.
16 l.damus.& in d.l.fideicommiſſum: &† uoluit Bart. in
d.l.1.in 2.col.ff. de dona. ꝙ quando ſoluitur indebitũ
etiã utroq; iure videlicet ciuiliter,& naturaliter, & id
ſoluitur ex aliqua cauſa putatiua,& nõ vera,non dici-
tur donatio, ex quo nõ ex liberalitate, ſed reſpectiuè
fuit ſolutum,ergo cum in caſu noſtro vſusfructus fue
rit datus,& conſtitutus per dom.Agnetem ipſi domi
næ Angelæ ex certa cauſa, ſeu ob cauſam pro adim-
plendo,& executioni mandando uoluntatem patris
ſui,q̄ fuit relinquẽdi dictũ vſumfructum dominæ An
gelæ,ſequitur,ꝙ hæc datio,& conſtitutio uſusfructus
non poteſt dici donatio; & ideò in ea nõ fuit neceſſa-
ria inſinuatio,vt in ſimili dicit Bart. in d.l.1.in 2.col.
& ibi doct. Alex.& alij, & habetur per Abb. in d. rub.
17 eo.tit.extra de donat.Præterea, †ut dicit Bal.in d.l.cũ
quis.in 4.col.C.de iur.& fact.ignor.quando diſpoſitio
defuncti non eſt ſolemnis quoad inſtitutionem hære
dis, nec quoad legata, & ille, qui erat ſucceſſurus ab
inteſtato,erat rogatus etiam ab inteſtato ab ipſo de-
functo,tunc de æquitate naturali non ſcripta natura-
liter tenetur,& abſolutum non reperitur. d.l.in teſta-
mento.de fideicom.liber.ſed de æquitate ſcripta non
tenetur naturaliter,ex quo iuris obſeruantia deficit.l.
ſi poſt diuiſionem.C.de iur.& fact.ignor.ergo in caſu
noſtro quãuis de æquitate ſcripta naturaliter dicta do
mina Agnes nõ teneretur,de æquitate tamen nõ ſcri
pta erat naturaliter obligata : & ideò ex quo id, quod
fuit relictum,deductum fuit in ſtipulationem,& pro-
miſſionẽ,fuit efficaciter debitũ.d.l.fideicõmiſſum.cũ
glo.ff.de cõdic.indeb.¶ Præmiſſis tamẽ nõ aduerſan
tibus,arbitror concludendũ eſſe ad fauorẽ do. Agne-
tis,ꝙ ipſa conſtitutioni dicti vſusfructus ſtare non te-
neatur,illumq́; poſſit reuocare,atq; repetere: quia te
nendo,ꝙ in caſu noſtro hæc cõſtitutio, & datio vſuſ-
fructus non ſit donatio,ſed potius debiti ſolutio, ſeu
datio ob cauſam,vt in d.l.hoc iure. §. ſi quis ſeruo, &
18 in d.l.damus.cũ ſimil.ſupra adductis, † quę potius di-
citur diſtractus,quã contractus,cum etſi per errorem
facta fuerit pro ſatisfaciendo, & adimplendo uolun-
tatem defuncti,tamen magis diſtrahendę obligatio-
nis animo,quàm contrahendę facta videatur.l.ex ma
leficis.§.is quoq;.ff.de actio.& obliga.& dicit tex.in §.
is quoque. inſt.quibus mod.re contrah.obliga.in fin.
verb.ꝙ is,qui ſoluendi animo dat,magis uoluit nego
tium diſtrahere,quã cõtrahere,ſequit̃,ut ſtatim oſten
dã, ꝙ do. Agnes potuit dicere, ſe huic conſtitutioni
vſusfructus tanquã indebitè factę nolle ſtare,& in ca-
ſu,quo ius vſusfructus eſſet tranſlatũ in dominã An-
gelã,iuxta.l.3. §. dare.ff. de vſufruc. cum ibi not.illud
poſſet per dominam Agnetem proprietariam repeti
per condictionẽ indebiti,ad not.per glo.in d.l.1.& in
d.l.damus.& ſi ius vſusfructus non eſſet datum, neq;
translatum iuxta tex.in d.§.dare.do.Agnes per exce-
ptionem doli poterit dominam Angelam exclude-
19 re,† quia cui damus actionẽ, multo magis exceptio-
nẽ.l.3.& ibi Bald.C.de cõd.indeb. ubi caſus clarus,&
in terminis, ꝙ ubi ad repetendum actio indebiti da-
tur,multo magis cõpetit exceptio doli ad retinendũ,
& excludendum: ꝙ autẽ ipſi do.Agneti ſit prouiſum,
vel ſuccurſum per condictionẽ indebiti,uel ſine cau-
ſa,aut per doli exceptionẽ,iuxta d.l.3. demonſtro pri
20 mo hoc modo: † ubicunq; id,quod ignoranter ſolui-
tur,ſeu datur,aut promittitur, eſt utroq; iure indebi-
tum,ſiue id per ignorantiam iuris,ſiue facti ſoluatur,
& detur,poteſt repeti,ut uoluit glo. in l. cuius per er-
rorem.ff.de reg.iur. & habetur in l.cũ quis. C. de iur.
& fact.ignor.& per glo.& Bar.in pen.col.ibiq́; omnes
ff.de cond.inde.& eſt concluſio veriſſima,ſed in caſu
noſtro domina Agnes cõſtituit vſumfructũ pro adim
plendo,& exequutioni mandando uoluntatẽ,& men
tem patris ſui,quę fuit relinquendi huiuſmodi vſum-
21 fructuum do.Angelæ eius uxori,† quod relictũ uſuſ-
fructus utroq; iure fuit indebitũ,videlicet ciuiliter,qa
factum in minus ſolemni uoluntate,ut pręſupponũt
doct.poſt gl.in d.l.cũ quis.& in d.l.2.C.de bono.poſſ.
ſecund.tab.& in d.l.1.ff.de cond.indebi. cũ ſimilibus
ſupra allegatis,itẽ & naturaliter, quia factum contra
prohibitionem ſtatuti ciuitatis Parmę, quod prohi-
bet

bet maritum uxori non poſſe relinquere, ſeu legare
vltra centũ libras, vt colligitur ex illis verbis, nõ poſ-
ſit &c. iuxta tex. cũ ibi no. in l. de his. ff. de tranſactio. c.
1. de re iud. in 6. & ibi Ioan. And. quæ prohibitio facit,
ut non dicatur naturaliter debitum, nec orta ſit obli-
gatio naturalis. l. ſi non ſortem. in princ. & ibi Bart. &
alij. ff. de condi. indeb. l. non dubium. C. de legibus. d.
l. de his. & ibi Bart. cum ſimilibus. & fuit ſolutum, ſeu
datum dictum legatum vſusfructus do. Angelæ p ip-
ſam do. Agnetem, ut in dicto inſtrumẽto, ignorãter,
quia ipſa credebat ſe ad præſtandum illum teneri, ut
in dicto inſtrumẽto, & prout in dubio præſumi debet
vt dicit tex. in l. cum de indebito. ff. de probat. Ergo ſi-
ue vſusfructus ille fuerit conſtitutus ex iure, ſiue ex fa
cti ignorantia, conſtitutio non dicetur ualida, & ideò
vel poterit tanquã indebitus repeti, uel domina An-
22 gela ope exceptionis doli excludi. ¶ Secundo † poſito
ſed nõ conceſſo, ꝙ relictum uſusfructus fuiſſet ſaltẽ
debitum naturaliter, quia non ciuiliter, ex quo erat fa
ctum in minus ſolenni volũtate, ut ſupra, & prout eſt
regulariter, ut uolũt doct. ferè omnes in d. l. cum qs.
in d. l. 1. in d. l. cuius per errorem & l. in teſtamento.
ff. de fideicom. libert. cum ſimilibus. Vbi habetur, ꝙ
relictum, ſeu fideicommiſſum, & legatum factum in
ultima uoluntate minus ſolenni dicitur indebitum ci
23 uiliter, ſed naturaliter debitum: tamẽ † ex quo domi-
na Agnes, cui ſtatim mortuo patre acquiſitũ fuit do-
minium rerum, & bonorum paternorum. l. in ſuis. ff.
de liber. & poſth. & ibi Bart. §. ſui. Inſtit. de hæred. qua.
& differ. Bart. in l. fi. ff. de cond. inſtitutio. & in l. 1. §. ſi
pater. ff. ad Sylla. nec non poſſeſſio uera ex diſpoſitio-
ne ſtatuti Parmę, quod vult, poſſeſſionem defuncti in
hærede continuari, adeò, quòd nullũ ſit dare mediũ,
& illa nũquam dicatur uacare, & latius, ut in dicto ſta
tuto, ex cuius uerbis iunctis iis, q̃ uoluit Dec. in conſ.
84. in vlt. col. infertur, ꝙ in caſu noſtro poſſeſſio om-
nis, ꝙ uera fuit in ipſam do. Agnetem tranſlata, ſequi
tur, ꝙ ipſa dicitur certare de dãno euitãdo, & propte-
rea & ſi ipſa dictum uſumfructum ex ignorantia iuris
ſoluerit, & conſtituerit, tamen locus eſt repetitioni
24 vſusfructus, & eius conſtitutio non tenet, † quoniam
quando agitur de damno euitando, iuris ignorantia
non nocet, immo prodeſt, ſicut ignorantia facti. l. er-
ror. ff. de iur. & fact. ignoran. & minus fœminis error
iuris nocere dicitur. d. l. error. iuncta l. regula. §. 1. eod.
25 tit. l. cũ de indebito. ff. de probatio. † qui error iuris to
lerabilior eſt, & magis prę ſumitur in fęminis, q̃ in ma
ſculis, ut eſt text. & ibi Bart. in l. ne paſſim. C. de iur. &
fact. ign. Vnde ſiue in caſu noſtro dicamus do. Agne-
tem conſtituiſſe illum vſumfructum errore iuris, ſiue
errore facti, ex quo de damno ipſius dominæ Agne-
tis agi dicitur, poterit ipſa illum uſumfructũ repetere
uel do. Angelam ope exceptionis doli excludere, ut
ſupra dictum fuit. ¶ Præterea & tertio conſiderandũ
26 eſt, † ꝙ legatũ, ſeu relictum factum in minus ſolenni
uoluntare dicitur naturaliter debitũ, & conſequenter
ſolutum repeti nõ põt, ſeu in ſtipulatione, uel contra
ctu poſtea deductum, & promiſſum debetur, quando
probatur per duos teſtes, uel per confeſſionem hære-
dis, uel aliter legitimè, ꝙ factum relictum fuerit à de
functo, & ita loquitur gl. in d. l. 2. C. de bono. poſſ. ſe-
cund. tab. & tex. in l. fideicõmiſſum. ff. de condict. in-
deb. in l. fi. C. de fideicom. l. in teſtamẽto. ff. de fideicõ.
libert. & gl. & doct. in l. 1. ff. de condic. indeb. in d. l. cũ
qs. & in d. l. cuius per errorẽ. cum ſi. ſed in caſu noſtro
non conſtat, neq; probatum fuit aliquo mõ, nec per
ↄfeſſionẽ do. Agnetis hæredis, ꝙ ei⁹ pater tpe obitus,
uel alio tpe reliquerit, ſeu legauerit uſumfructũ do.
Angelæ uxori ſuæ, ergo non ſumus in caſu gloſarũ, &
doctorum, quòd relictum vſusfructus fuerit naturali

ter debitum, & conſequenter in ſtipulationem, &
tractum deduci potuerit, quoniã do. Agnes erro[...]
cta credebat ſe teneri ad implendum uoluntate[...]
tris, & ſic ad conſtituendum, atq; præſtandum vſ[...]
fructum, quẽ credebat fuiſſe à patre ſuo relicti[...]
factum fuit, ut inducta errore iuris, & facti, pro[...]
dubio inducta prę ſumitur, iuxta tex. in d. l. cum de[...]
debito. & tradita per Bart. in l. ne paſſim. C. de i[...]
fact. ignor. l. regula. §. 1. ff. eodẽ. uſumfructum do[...]
næ Angelæ cõſtituerit, atq; promiſerit. Ex quib[...]
quitur, ꝙ uſusfructus non debetur ipſi do. Ange[...]
promiſſione facta per do. Agnetem, ex quo ſci[...]
non promiſit, ut probatur in d. l. fideicommiſſ[...]
text. uult, fideicommiſſum factum in minus ſol[...]
uoluntate, & deductum in ſtipulatione, & prom[...]
ne deberi, primo quando fideicõmiſſum factum[...]
item quãdo ſciẽter pro explẽda fide promiſſum[...]
ſed in caſu noſtro, ut dictum eſt, non ſciẽter, ſed[...]
ranter in promiſſione deductum fuit, item fidei[...]
miſſum, ſeu relictum vſusfructus non fuit factu[...]
27 go &c. † Quòd autem nõ fuerit factum relictum[...]
fideicõmiſſum uſusfructus, & hoc non dicatur c[...]
re ex aſſertione, & confeſſione do. Agnetis hær[...]
clariſſimè apparet: nam ipſa in præfatione cõtra[...]
& ꝓmiſſionis ſuæ, ex qua colligitur cauſa finali[...]
ta l. fi. ff. de hæred. inſtituẽ. & l. titia. §. 1. ff. de uer[...]
ga. aſſeruit, ꝙ attẽdens, & conſiderans mentem, &[...]
luntatẽ patris ſui fuiſſe tempore obitus ſui relinq[...]
di infraſcriptũ uſumfructũ do. Angelæ uxori ſuæ[...]
Notandum eſt, ꝙ ipſa Agnes aſſeruit, & confeſſa[...]
mentem, & voluntatẽ patris ſui fuiſſe relinquend[...]
autem dixit, nec affirmauit, ꝙ pater ſuus uſumfr[...]
reliquerit, nec ꝙ fidei ſuæ iniunxerit, ꝙ deberet u[...]
fructum uxori ſuæ præſtare, quia ſi ita dixiſſet, &[...]
feſſa fuiſſet, haberet locum diſpoſitio d. l. fideic[...]
ſum. ff. de cond. indeb. & opinio, ſeu cõcluſio ſc[...]
tium, & gloſarum in locis prę allegatis: habere a[...]
mentem, & uoluntatem relinquendi nõ eſt relin[...]
re, quia aliud eſt relinquere, ſeu legare, aut teſta[...]
aliud uelle relinquere, legare, ſeu teſtari, aut ha[...]
mentem, & uoluntatem relinquendi, & ad actu[...]
licti nõ deuenire, ut quia teſtibus ad hoc non ad[...]
tis, ſeu alio non interrogante dixerit, habeo men[...]
& uoluntatem relinquendi, uel aliis ſimilibus ue[...]
vſus fuerit; nam ex hoc non ſequitur, ꝙ reliquer[...]
gum. l. fi. ff. de teſtamen. ubi caſus clarus, & Barto. [...]
uoluit, & facit tex. in §. fi. inſti. quib. mod. teſtam. i[...]
Non obſtat l. pamphilo. §. propoſitũ. ff. de leg. 3. i[...]
ctis not. per Bart. ibi, & l. ſerui electione. ff. de leg[...]
qa ille tex. ut declarat Bar. in l. 1. §. ſi qs ita. circa [...]
ff. de verb. obli. & melius in d. l. fi. procedit, qñ qs t[...]
pore obitus ſui accerſitis, & adhibitis teſtibus di[...]
uolo relinquere, ſeu habeo mentẽ, & uoluntatem [...]
linquendi talem rẽ Titio, & in caſu noſtro dixiſ[...]
ſet, habeo mentẽ, & voluntatẽ relinquendi uſum[...]
ctum talis poſſeſſionis Angelæ uxori meæ, uel a[...]
terrogationem alterius hoc dixiſſet, ut habetur i[...]
§. propoſitum, q tex. ſic propriè loquit: & hoc mõ[...]
bẽt intelligi not. per Bar. & alios in d. l. ſerui elect[...]
ne. in prin. q ſe fundãt ſup tex. in d. §. ꝓpoſitũ. arg[...]
rũ, q̃ habẽtur per Bar. in l. nõ ſolũ. §. liberationis. ff[...]
libe. lega. nã ex eo, quod adhibitis, & rogatis teſti[...]
ſeu ad interrogationẽ alterius qs protulit hæc uer[...]
uolo relinquere, colligitur deliberata mẽs, & uol[...]
ꝙ diſpoſitiuè hoc uoluerit, ut in d. §. propoſitũ. & p[...]
Barto. in dictis locis. in caſu autem noſtro do. Ag[...]
non aſſeruit, quòd ad interrogationem ſuam, ſeu [...]
terius, aut adhibitis, & vocatis aliquibus amicis, & [...]
ſtibus, eius pater dixerit, ſe velle relinquere vſumf[...]
ctum, ſeu habere mentem, & uoluntatem relinq[...]

di, ergo ex hoc non dicitur, nec probatur, patrem do. Agnetis uſumfructum uxori reliquiſſe, & conſequenter non habet locum doctrina, & theorica docto. in d.l. cum quis. & gl. ibi. & in d.l. cuius per errorem, ac etiam in d.l. 1. ff. de condic. indeb. cum ſimil. Ex quibus ſequitur, † ꝙ cum uoluntas, & mens patris do. Agnetis non fuerit in ſe perfecta, & cõſequenter defecerit in forma ſubſtantiali, quæ eſt uoluntas, & mens perfecta teſtatoris, iuxta not. per Bal. & Sali. in d.l. cũ quis. huiuſmodi legatum non dicitur debitum naturaliter, nec ciuiliter, & ideò ſolutum ex quocunq; errore ſiue iuris, ſiue facti poterit repeti, & dicetur eſſe totaliter indebitum, adeò, ꝙ ſuccurſum erit ipſi do. Agneti per actionem indebiti, uel per exceptionem doli, iuxta tex. cum gl. in d.l. 3. C. de cõdi. indeb. † Nec ſufficit cœpiſſe uelle, niſi perfecta fuerit uoluntas, ẽt ſi eſſemus in diſpoſitione inter liberos facta, ut habetur in l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. & ibi Bar. & omnes. C. qui teſtam. fac. poſſ. ubi inter liberos ualet ultima uoluntas, quæ deficit ratione ſolemnitatis omiſſæ, ſecus ſi ratione uoluntatis imperfectæ, & facit l. quidam cũ filium. ff. de hæredib. inſtituen. & ibi Bal. & Alex. in l. ſiquis cum filium. in fina. uerbis. C. de libe. præte. l. qui furioſum. C. qui teſta. fac. poſſ. ¶ Et ſi diceretur, ꝙ cõfeſſio do. Agnetis, & conſtitutio vſuſfructus per eam do. Angelæ facta, ſi non p̄iudicat ſibi quoad ius vſusfructus transferẽdũ, & ſic quoad quaſi dominium, nocet tamen ſibi quoad poſſeſſionem naturalem, quam uſufructuarius habere poteſt, iuxta l. naturaliter. ff. de acq. poſſ. & hoc per tex. & ibi gl. Bar. Bal. Sali. & omnes in l. cum falſa. C. de iur. & fact. ign. & not. in d.l. cum teſtamentum. & præſertim, ex quo ultra, ꝙ do. Agnes fuit conceſſa mentẽ, & uoluntatẽ patris, ipſa ẽt contrahendo diſpoſuit, & uſumfructũ conſtituit, & quãuis per errorẽ iuris, ac ẽt fortè facti, tamen ita ſibi preiudicauit, ſaltẽ quoad poſſeſſionem naturalem, quam tranſtulit in do. Angelam, ſecundũ quod habetur in l. ſi quis. §. differentia. ff. de acq. poſſ. & per Paul. de Caſt. & alios in d.l. cum falſa. in ult. col. Reſpondeo, † ꝙ hæc eſſent uera, qñ ſcienter, & nõ errore iuris, uel facti conceſſio facta fuiſſet, & quis ſciẽter transferre poſſeſſionẽ uoluiſſet, ſecus ſi ex ignorãtia, ſeu errore iuris, uel facti, quia tũc etiam poſſeſſio non diceretur tranſlata, qñ ſine animo poſſeſſio nõ poteſt amitti. l. 3. §. in amittenda. ff. de acq. poſſ. cum ſimil. errans autem non dicitur conſentire, nec habere animum, ut habetur in l. ſi per errorẽ. cum ibi not. ff. de iuriſd. omn. iud. & ita declarat Pau. de Caſt. in d. l. cum falſa. in vlt. col. & ꝙ in terminis noſtris nõ fuerit tranſlata naturalis poſſeſſio in do. Angelam per cõſtitutionem vſusfructus, de qua in dicto inſtrumẽto, probatur, præſuppoſito etiam, ſed non conceſſo, ꝙ conſtitutio vſusfructus in ſe ualuerit, nam † licet aliàs regulariter in uſufructuarium naturalis poſſeſſio transferatur, ut in l. fi. ff. uti poſſid. & d.l. naturaliter. ſicut transfertur in emphyteotam, in feudatariũ, & in conductorẽ ad longũ tẽpus, ut uoluit glo. in l. 3. §. ex contrario. ff. de acqui. poſſ. & in l. ſi ut certo. §. ſi duobus vehiculum. ff. commod. cum infinitis ſimilibus. tamen qñ contrarium actũ fuit, uel conuentum, non transfertur, quoniam ex quo quis non habet animum poſſidendi, ſeu acquirendi ſibi poſſeſſionẽ naturalẽ, ſeu ciuilem, ea ſibi nõ poteſt acquiri, quia ſine animo nõ poteſt quis incipere poſſidere, nec ſibi poſſeſſionẽ acquirere. l. 3. §. in amittenda. l. quemadmodum. cum ſimil. ff. de acqui. poſſ. & in indiuiduo hoc probatur ex ijs, quæ uoluit glo. ibique Io. de Imol. in l. codicillis. §. inſtituto. ff. de lega. 2. Sed in caſu noſtro ex iſta conſtitutione uſuſtructus do. Angela noluit ſuo nomine acquirere poſſeſſionem, nec ſibi poſſide-

re, ergo ſibi nõ potuit dici acquiſita poſſeſſio, ſed do.
Agneti reſeruata: quod colligitur ex uerbis inſtrumẽ
ti, ſuper quibus licet pars aduerſa ſuum faciat funda-
mentum, tamen ego contra illam retorqueo. Nã uer
ba inſtrumenti ſunt hęc, dicens, & proteſtans ipſa do.
Angela ſe fore in poſſeſſione dimidiæ poſſeſſionis p̄-
fatæ ſibi, ut ſupra, ad uſufructuandum traditæ nomi-
ne præfatæ Agnetis, eiusq; hæredũ, & ſucceſſorũ, di-
co enim, ꝙ hæc uerba neceſſario arguunt do. Angelã
non fuiſſe poſſeſſorem dictæ dimidiæ poſſeſſionis tra
ditæ ſibi ad uſufructuandum, ſed ipſa do. Agnes dici-
32 tur poſſidere, & poſſeſſionem habere, qñ † aliud eſt
poſſidere, & aliud nomine alieno eſſe in poſſeſſione,
is namque poſſidet, cuius nomine poſſidetur. l. quod
meo. in princ. ff. de acq. poſ. l. ſi quis ante. in fin. princ.
ubi caſus cum l. 3. in fi. eo. titu. ſed do. Angela eſſe di-
citur in poſseſſione nomine do. Agnetis, prout in in-
ſtrumento dixit, & proteſtata fuit, ergo ipſa non dici-
tur poſſidere, ſeu poſſeſſionẽ aliquam habere, ſed ip-
ſa Agnes, cuius nomine poſſidetur, & cuius nomine
Angela eſt in poſſeſſione, dicitur poſſidere, & hoc eſt
fundamentũ iudicio meo inconuincibile ad oſtendẽ
dum do. Angelã nõ poſſediſſe, ſed ſimpliciter tenuiſ-
ſe, & in poſſeſſione nomine Agnetis fuiſſe, quia hoc
actum fuit tempore, quo vſusfructus inter ipſas con-
trahentes fuit conſtitutus. ¶ Nec aduerſantur illa alia
uerba inſtrumenti ad habendũ, tenendum &c. & illa
de non moleſtando, nec turbando, nec inquietando
33 do. Angelam in dicto uſufructu; quia † debent intelli-
gi de detentatione corporali, non aũt de poſſeſſione
propriè, iuxta l. ſtipulatio iſta. §. hi, qui. cum glo. ff. de
uerb. oblig. ne reſultet contrarietas, ꝙ do. Angela di-
catur eſse in poſseſſione nomine alterius, & ipſa ue-
34 rè, & propriè poſſideat: † in qua corporali, & actuali
detentatione ſi ille, qui detinet, ſeu qui eſt in poſſeſ-
ſione, turbetur, & moleſtetur, ſuccurritur ei non per
remedium ordinarium poſſeſſorium, ſed uel per offi-
cium iudicis, uel manu militari, ut eſt glo. in l. ſi duo.
§. creditores. in ver. creditores. ff. uti poſſide. quã ibi
ſequitur Bar. & ſic illa uerba in inſtrumento appoſita
uerificari poſſunt in alio, quàm in poſſeſſione uera.
¶ Non aduerſatur etiam id, quod factũ fuit per ipſam
do. Angelã præſente do. Agnete, dum ipſa tanquam
uſufructuaria locauit, ſeu conceſſit colono dictã poſ
ſeſſionem, ſeu ratam ad eam ſpectantem ad medieta
tem fructuum, & colonus rem etiam ab ipſa do. An-
gela præſente, & conſentiente do. Agnete conduxit,
ſeu recognouit, per quod uidebatur inferri do. Ange
lam poſſeſſionem habere. argumento l. 3. §. quod ſi
ſeruus. & l. ſi quis ante. cum ſimil. quia reſponderi po-
teſt, quòd ex quo do. Agnes eſt illa, quæ ſola poſſidet,
& do. Angela nullo modo poſſidet, ut ſupra, ſequi-
35 tur, quod † licet do. Angela rem colono locauerit, &
colonus ab ea illam recognouerit, & cõduxerit, ſciẽ-
te, & præſente do. Agnete, per hoc tamen ipſa domi.
Agnes non deſinit poſſidere, nec ſuæ poſseſſioni ali-
quod præiudicium ex hoc dicitur generari. l. quãuis.
§. ſi conductor. & ibi Doct. ff. de acq. poſſ. & habetur
etiam in l. peregre. §. quibus. in l. quod meo. in princ.
& in l. interdum. maximè per Alexand. ff. de acq. poſſ.
36 in fi. Præterea ſicut † ex conſtituto de poſſidendo ap-
poſito in inſtrumento nullo, & inualido non acqui-
ritur poſſeſſio, ut plenè per Alexandrum in l. 1. §. ſi
37 uir. colum. 2. ff. de acquiren. poſſeſſ. ita † nec ex loca-
tione, & conductione facta, & appoſita ſuper aliquo
inſtrumento nullo, & inualido: nam quo ad transfe-
rendam poſſeſſionem à pari procedunt, & parifican-
tur, ut præſupponunt Docto. Alex. & alij in d.l. quod
meo. & in d. l. interdum. & in d. l. quamuis. ¶ Et
ex prędictis infertur ad deciſionem ſecundi dubij, ui-

delicet,

delicet, præſuppoſito, quòd intentatum fuerit reme-
dium poſſeſſionis retinendæ, quod dicitur vti poſſide
tis, quodque cum eo cumulari etiam non poſſit peti-
torium, iuxta ea, quæ habentur per Bar. in l. naturali-
ter. §. nihil commune. ff. de acq. poſſ. & in c. cum dile-
ctus. per gl. & doct. de cauſ. poſſ. & propr. tñ in hoc iu-
dicio non poterit ipſa do. Angela obtinere, ſed do.
Agnes, quia do. Angela non poſſidet, ſed ſolum eſt in
38 poſſeſſione alieno nomine, hoc eſt D. Agnetis: † hoc
autem remedium poſſeſſorium retinendæ uti poſſi-
detis competit poſſidenti, & in eo obtinere poteſt ſo
lum ille, qui verè, & propriè poſſidet naturaliter, & ci
uiliter, uel naturaliter tantum, ſeu ciuiliter tantum. l.
fi. ff. uti poſſide. gl. in l. clam. §. qui ad nundinas. ff. de
acq. poſs. & ibi doct. l. loci. §. ſi quis. ff. ſi ſerui. uendi.
non autem ille, qui eſt in poſſeſſione alieno nomine,
& qui alteri dicitur poſſidere, ut eſt tex. in d. l. ſi duo.
§. creditores. iuncta d. l. ſi quis ante. in fi. prin. & in d. l.
qđ meo. ff. de acq. poſſeſ. ſed in caſu noſtro do. Agnes
poſſidet, & do. Angela eſt in poſſeſſione nomine do.
Agnetis, & conſequenter ipſa Angela nõ dicitur poſ
ſidere, ſed do. Agnes, cuius nomine poſſidetur, ut ſu-
pra, ergo in hoc interdicto vti poſſidetis debet do.
Agnes, & nõ do. Angela obtinere, & propterea pro-
nunciandum eſt ad fauorem do. Agnetis, videlicet ip
ſam poſſidere, & in ſua poſſeſſione nõ debere per do.
Angelam moleſtari, neque turbari. ¶ Non obſtat,
quòd vſufructuario reſpectu ſuæ naturalis poſſeſſio-
nis etiam contra proprietarium datur, & competit in
terdictum vti poſſidetis. d. l. fi. ff. vti poſſide. & nota.
in c. licet cauſam. de proba. ſed do. Angela eſt vſufru-
39 ctuaria, ergo &c. quia reſpondetur, † quòd hoc verũ
eſſet, quando uſufructuarius haberet poſſeſſionem
naturalem, & ſibi poſſideret, ſeu eſſet in poſſeſſione
ſuo nomine. ut in d. l. fi. ſecus ſi non poſſideret, ſeu eſ
ſet in poſſeſſione rei alieno nomine videlicet nomi-
ne proprietarij, ex quo enim tunc ipſe non poſſide-
ret, ſed proprietarius, cuius nomine poſſidetur, quoá
de iure ſtare poteſt, uſufructuario tunc non compete
ret interdictum uti poſſidetis, quod ſolum datur illi,
qui poſſidet, ſeu eſt in poſſeſſione ſuo nomine, non
autem illi, qui eſt in poſſeſſione alieno nomine. d. l. ſi
duo. §. creditores. iuncta l. 1. per totã. l. ff. uti poſſide.
& habetur in d. c. licet cauſam. Secundo reſponde-
40 ri poteſt, † quòd in caſu noſtro do. Angela propriè
non dicitur vſufructuaria, nec per hanc conceſſionẽ
à do. Agnete factam dicitur conſtitutum ius vſusfru
ctus, quod facit vſufructuarium naturaliter poſſide-
re. l. 3. §. dare. ff. de vſufr. iuncta d. l. naturaliter. in
prin. ſed dicitur data, & conceſſa facultas, ac licentia
percipiendi, & lucrandi fructus illius dimidiæ poſſeſ-
ſionis, ex quo actum fuit inter partes, quòd poſſeſ-
ſio rei non eſſet penes ipſam dominam, ſed apud
dominam Agnetem, ut ſupra dictum, & probatum
fuit, & hoc argumento eorum, quæ uoluit Bar-
tol. in l. codicillis. §. inſtituto. ff. de lega. 2. & l. fun-
di trebatiani. ff. de vſufruc. lega. & ibi Barto. & in l.
cotem. §. qui maximos. ff. de publica. ex eo enim,
quod actum fuit, quòd in dominam Angelam non
transferretur poſſeſſio, & quòd ipſa non eſſet in poſ-
ſeſſione nomine ſuo, ſed alieno, quod eſt contra na-
turam uſusfructus, ut in d. l. naturaliter. & not. in l. 3.
§. ex contrario. ſequitur, quòd dicitur alterata natura
uſusfructus, & cenſetur conceſſa potius commoditas
percipiendi fructus, quàm ſit conceſſum ius uſusfru-
ctus, argum. l. ubi ita donatur. ff. de dona. cau. mor.
iuncta l. ſi quis domum. in §. 1. ff. loca. ſed præcedens
reſponſio plus placet. Et ex his remanent reſoluta du
bia ad fauorem dominæ Agnetis, nõ obſtantibus plu
ribus, quæ in contrarium adducebantur, quibus om-
bus ex prædictis reſponſio colligitur. Circa alia
per alios dominos Conſultores non inſiſto,
eorum dicta me remitto. Laus Deo.

SVMMAE.

1 *Donatio à minore facta etiam cum decreto ſuperioris, &*
tate curatoris eſt ipſo iure nulla, & infra quantum
ab ipſo maiore facto poſſit reuocari.
2 *In contractibus ſtatutum loci, in quo celebratur contractus*
ri debet.
3 *Donatio ſummam quingentorum aureorum excedens*
nuatione fieri debet, etiam ſi à maiore facta eſſet,
4 *Iuramentum an inſinuationis defectum in donatione ſuppl*
5 *Quid ſi dolus, ſeu deceptio in donatione interueniſſet.*
6 *Dolus quando dicatur ex propoſito, & contractum ipſo*
tiet, & quando re ipſa, & contractum non vitiet, &
tunc decepto ſuccurratur.
7 *Dolus re ipſa quando æquiparetur dolo ex propoſito, &*
contractus maximè a minore factus etiam iuratus dica
lus, vel ſaltem reſcindi poſſit.
8 *Iuramentum eſt obligatorium, & defectum ſolemnitatis*
quando nullus in eo dolus interuenit.
10 *Donatio mentionem faciens de meritis in genere, vel in ſpec*
leat abſq; inſinuatione, niſi merita ſpecialiter probata
11 *Ceſſio iurium ex cauſa donationis facta excedens ſumma*
mam inſinuationem requirit, & in ea meritorum men
cta, an & quando merita ſint ad illius validitatem pr

EPITOME.

CESSIO iurium, & ferè omnium bonorũ
ſa donationis facta à minore 25. annis abſque
to, & auctoritate curatotis, & ſine inſinuation
à ſtatuto loci, in quo illius contractus fuit celeb
quàm à iure communi requiſita, ipſo iure non
& non obſtante iuramento, & mentione facta
ritis in genere, illis aliter nõ probatis, infra uig
nos poſt ſuperueniẽtiã maioris ætatis, ſi minor
abſẽs fuit, ſtãte maxima illius læſione, reuocari p

CONSILIVM LVII.

VISO inſtrumento ceſſionis iurium ex
donationis factæ per illuſtrem do. Io.
ſtam Illuſtri do. Franciſco Cibo, ſup
bio principali, nunquid donatio ten
& de iure ſit ualida, diſtinguendum eſt, an do. Io
ptiſta donator tempore donationis fuerit maior
nis 25 an uerò tunc maior extiterit. Primo caſu,
nor fuerit, de iure videtur dicẽdum donationem
lam fuiſſe, etiam ſi decretum ſuperioris interuen
1 quia † decretum in donationibus minorũ nihil
ratur, cum manifeſtè cõſtet de dilapidatione, &
ne enormiſſima, quia donare eſt perdere. argu. l.
de indebito. ff. de proba. & de hoc eſt tex. clarus
fi. in fi. C. ſi maior factus aliena. fact. &c. vbi don
à minore facta, etiam cum decreto, & auctorita
ratoris dicitur nulla ipſo iure, & licitum eſt mino
cto maiori infra decem annos inter præſentes,
fra viginti annos inter abſentes illam reuocare
à fortiori hoc uerum erit, quãdo eſſet à minore
ſine decreto, & auctoritate curatoris: ideò licitum
dicto do. Io. Baptiſtæ res donatas reuocare, uel
habet, apud ſe irreuocabiliter retinere, niſi poſt
pletum tempus 25. annorum lapſum fuerit inter
ſentes tempus decem annorum, vel inter abſentes
pus viginti annorum, quia tunc per lapſum tanti
maior factus cenſeretur iuris præſumptione do
nem ratam habuiſſe, ut ibi: ſed præfatus do. Io. Ba
tpe donationis ſecũdum ea, quæ mihi proponun
erat annorũ 22. & illã fecit de anno 1530. & ſemp
abſens, ergo conſtat vigeſimum annũ nondũ lap
fuiſſe ad donationẽ reuocandũ, ſeu ad illam nu
dicendũ. Præterea in dicta donatione non interu
in